

« 5°. Praeceptum hoc mixtionis non extenditur ad illam, quae fit post communionem, ad ablationem oris et digerit. — Vide de his Missale Romanum; item Bonacina¹, Laymann². »

209. - Quaeritur 1°. *An aqua vino permixta convertatur in Sanguinem Christi; et an immediate?*

Non est quidem de fide aquam in Sanguinem converti. Tantum enim Innocentius III dixit in cap. *Cum Marthae, de cel. miss.*, probabiliorem esse sententiam affirmativam: quae revera hodie est communis inter theologos; ut omnes docent cum S. Thoma³, qui ait opinionem oppositam subsistere non posse.

Circa modum autem conversionis: alii dixerunt quod, sicut vinum convertitur in Sanguinem, ita aqua convertitur in aquam quae fluxit e latere Christi. — Sed idem S. Doctor⁴ ait: *Nec hoc rationabiliter dici potest; quia secundum hoc aqua seorsim consecraretur a vino, sicut vinum a pane.*

Alii vero, ut idem S. Thomas⁵, Scotus⁶, Gonet⁷, Frassen⁸, et communissime thomistae et scotistae, cum Catechismo Romano⁹, dicunt aquam immediate converti in vinum, et mediate in Sanguinem Christi. Ratio, quia non convertitur in Sanguinem, nisi materia consecrabilis: quae tantum est vinum de vite, ex conciliis Florentino et Tridentino. Unde aqua non potest converti in Sanguinem, nisi prius convertatur in vinum. — Nec obstante dicunt rubricam Missalis, quae jubet ut, si ex oblatione non sit aqua immissa in calicem, apponatur statim ante consecrationem: quo casu videtur non posse tam cito fieri conversio aquae in vinum; et tunc adesset periculum idolo-

Missal. Rom., Rubric. vii, n. 4; de Defectib., iv, n. 1, 2 et 7; Ritus celebr., x, n. 5. — ¹ Qu. 2, punct. 4, n. 1. — ² Lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 7. — ³ P. qu. 74, art. 8, corp. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ In 4, dist. 11, qu. 7, n. 2. — ⁶ Man., tr. 4, de Euch., cap. 2, v. *Circa hanc*. — ⁷ Tom. 11, tr. 2, disp. 1, art. 1, sect. 2, qu. 3, concl. 2, v. *Potes*. — ⁸ De Euch., n. 17. — *Florent.*, decret. ad Armenos, § *Tertium est*; ap. Labbe, tom. 18, col. 548. — *Trident.*, sess. 18, de Euch. Sacram., cap. 1 et 4, et can. 2. — ¹⁰ De Euch., qu. 4,

latriae, quia adoraretur materia non consecrata. Nam respondent tunc adorari contentum substantiale, quod per calicem repraesentatur, id est Sanguinem Christi; non autem caetera, quae per calicem non demonstrantur: prout non quidem adoratur musca quae casu in calicem cecidisset.

Alli tamen, ut Tournely¹⁰ et ejus Continuator¹¹, Laymann¹², Toletus¹³; Hugo¹⁴ cum Praeposito; Renzi¹⁵ cum Alano¹⁶, Baronio ac Coninck (et probabile putat Anacletus¹⁷), sentiunt aquam immediate transire in Sanguinem Christi. — Et probant 1°. Auctoritate Patrum, qui dicunt ex vino et aqua fieri Sanguinem. Sic enim ait S. Hieronymus: *Formans Sanguinem suum in calicem ex vino et aqua mixtum*. S. Ambrosius: *Vinum et aqua in calicem mittitur, sed fit Sanguis consecratione*. Alios Patres videre potes apud Hugo¹⁸. — Probant 2° Ratione: quia juxta recentiores physicos negatur transmutatio elementorum, eo quod ipsa arte chimica bene possunt separari (ut diximus de Baptismo n. 104, Dub. 1, v. Secunda). — Et huic opinioni favere ajunt Innocentium in dict. cap. *Cum Marthae*; cum Pontifex ibi dicat probabilius esse, *aquam cum vino in Sanguinem transmutari*. Non dicit aquam conversam in vinum, sed *aquam cum vino*; ergo ante consecrationem aqua remanet aqua. — Nec obstat dicunt quod non possit converti in Sanguinem alia materia quam vinum. Respondent enim quod vinum mixtum cum modica aqua fit verum vinum usuale; unde fit tota materia consecrabilis: sicut si in pane triticeo miscetur modicum alterius frumenti, tota materia consecratur: ut dictum est n. 201, et docet D. Thomas¹⁹, quia (ut ait) *modica*

art. 7, concl. 2. — ¹⁰ De Euch., cap. 8, art. 2, sect. 2, concl. 7; — ¹¹ Lib. 5, tr. 4, cap. 2, num. 9. — ¹² De Euch., disp. 4, n. 45. — *Praepos.*, qu. 74, art. 8, n. 58. — ¹⁴ De Euch., cap. 1, qu. 39. — *Baron.*, Annal. eccles., ad an. 1188, n. 29. — *Coninck*, qu. 74, num. 144. — ¹⁵ Tr. 14, dist. 4, num. 34. — *S. Hieron.*, Comment. in Marc., cap. 14; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 30, col. 632. — *S. Ambros.*, de Sacram., lib. 4, cap. 4, n. 19; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 442. — ¹⁶ De Euchar., disp. 4, n. 48. — ¹⁷ Qu. 74, art. 3, ad 3.

¹⁰ a) Toletus, lib. 2, cap. 25, n. 3, ait vino miscendam esse aquam, «quae simul est materia, sive conversa sit in vinum, sive non».

Probabilitas aquae convertitur in Sanguinem Christi.

Probabilitas aquae sufficit, dummodo sensibilis.

Opiniones de majori quantitate.

permixtio non solvit speciem. Idem ergo dicendum de aqua mixta vino.

Utraque sententia est satis probabilis.

210. - Quaeritur 2°. *Quaenam quantitas aquae sit in calice immiscenda?*

Habert¹ dicit non esse probandos sacerdotes qui unam aquae guttulam infundunt. — Sed hoc sine scrupulo fieri posse censem Bonacina², Wigandt³, Anacletus⁴. Et pro certo id habet Suarez⁵, ex decreto Eugenii IV, qui dixit: *(Vino) ante consecrationem aqua modicissima admiseri debet*; et ex D. Thoma⁶, ubi ait non requiri ut quantitas aquae sit magna, sed sufficere ut sit sensibilis.

E converso, Laymann⁷, Palaus⁸ et Diana⁹ probabilius dicunt sine scrupulo posse immitti aquam usque ad octavam partem; et Hugo¹⁰, Viva¹¹, ac Croix¹² cum Gobat¹³, contra Bernal, usque ad quintam partem. — Quia (ut ajunt) nullum vinum adeo debile creditur, ut tam modica aqua corrumpatur.

Immo Busenbaum (ut supra) et Sporer¹⁴ putant sufficere ut aqua non exceedat tertiam partem. Idque videtur pro-

bri ex cap. *Pernicosus* 13, de cel. miss., ubi Honorius III tantum praescribit: *Plus (in calice)... de vino quam de aqua ponendum*. Et in concilio Triburiensi (apud Contin. Tournely¹⁵) sic dictum fuit: *Duae partes sint vini, ... tercia aquae*. — Verumtamen in praxi Escobar¹⁶, Viva¹⁷ et Palaus¹⁸ hanc opinionem tertiae partis non admittunt: nisi, ut dicunt Escobar¹⁹ et Palaus²⁰, vinum sit generosum.

Hic autem notandum id quod habetur in rubrica²¹: *Si per negligentiam aliquid de Sanguine Christi ceciderit, si quidem super terram seu super tabulam, lingua lambatur, et locus ipse radatur quantum satis est, et abrasio comburatur; cinis vero in sacrarium recondatur. Si vero super lapidem altaris ceciderit, sorbeat sacerdos stillam, et locus bene abluitur, et ablutio in sacrarium projiciatur. Si super linteum altaris, et ad aliud linteum stilla pervenerit; si usque ad tertium, linteamina ter abluantur... calice supposito; et aqua ablutionis in sacrario projiciatur*. Et idem ibi dicitur, si Sanguis cadat super corporale, vestes aut tapetum.

Quid, si Sanguis Christi ceciderit.

DUBIUM V.

Quae Conditiones ad Materiae Consecrationem requirantur.

211. *Ad validam consecrationem requiritur I. Ut materia sit moraliter et sensibiliter praesens.* — 212. *Hinc valide consecrantur hostiae in ciborio clausae, vel in tenebris, etc.* — 213. *Invalide tamen consecratur 1. Materia post tergum aut parietem.* 2. *Materia remota.* 3. *Materia valde modica.* — 214. *Requiritur II. Ut materia sit certa et determinata.* — 215. *An consecretur hostia inscio sacerdote. Et an guttae vini separatae.* — 216. *Valida est consecratio: 1. Si sacerdos determinet quoquo modo.* 2. *Si putet hostias esse minoris numeri.* 3. *Si, postquam intenderit eas consecrare, de eis obliscatur.* — 217. *Quid, si ciborum ex oblatione relinquatur extra corporale.* — 4. *Si hostiae deferantur post oblationem.* — 218. *Quae requirantur ad licitam consecrationem.* — 219. *Quibus casibus peccet celebrans in consecrando.*

211. - « Resp. I°. Ad validam consecrationem requiruntur duae conditiones: *Prima* est, ut materia sacerdoti conservanti moraliter et sensibiliter sit praesens.

¹ De Euch., part. 1, cap. 7, qu. 2. — ² Disp. 4, qu. 2, punct. 4, n. 4. — ³ Tr. 14, dist. 4, n. 32. — ⁴ Disp. 45, sect. 3, v. Secundo. — *Eugen.* IV, decret. ad Armen., § *Tertium est*; ap. Labbe, tom. 18, col. 548. — ⁵ Qu. 74, art. 8, ad 1. — ⁶ De Euch., cap. 3, art. 2, sect. 1, concl. 2, v. *Quaeres.* R. ad 2. — ⁷ Lib. 20, de Euch., n. 208. — ⁸ Part. 3, tr. 4, resol. 49. — ⁹ De Euch., disp. 4, n. 38. — ¹⁰ De Euch.,

« sens. Ita communiter; et est certum. — *Ratio petitur tum ex institutione Christi et verbis formae Hoc et Hic*, quae non verificantur, cum sint demonstra-

¹ Mater. moraliter et sensibiliter praesens.

210. - a) Wigandt, tr. 12, exam. 2, n. 9: Modica debet esse aqua, inquit, «nimur una et altera gutta sensibiliter admista».

b) Gobat, tr. 3, n. 62, ita habet de vino mediocri; si vero optimum fuerit vinum,

posse etiam quartam partem misceri; quin etiam (n. 61) tertiam partem alicui certo vino perrobusto.

c) Escobar et Palaus, locis cit., hanc exceptionem perspicue innuunt, dicentes Tribu-

« tiva; tum ex perpetua Ecclesiae praxi,
« nunquam consecrantis vel etiam bene-
« dicentis res absentes; tum etiam ratione
« sacrificii, quod requirit hostiam pree-
« sentem. — Vide Bonacina¹, Laymann². »

212. — « Unde resolves:

Corollaria.
« 1^o. Valide consecratur vinum in ca-
lice cooperto, vase vel cantharo clauso;
« panis in canistro; hostiae in ciborio, vel
in cumulo sub aliis latentes, aut aliter
tectae, v. gr. sub corporali vel mappa,
vel etiam in Missali: ut ex Suarez, Hen-
riquez, Coninck³, docet Bonacina, con-
tra Laymann⁴: unde hoc postremum
dubium videri potest; et saltem pecca-
ret graviter qui sic tectas aut latentes
consecraret. — Item valide consecran-
tur hostiae praesentes, a caeco, vel alio
sacerdote in tenebris». [Est communis
cum Salmant.⁵] Et sufficit si ex relatione
alterius certificatur de praesentia mate-
riae; ut Sotus, Henriquez, Praepositus, etc.,
apud Salmant.⁶].

« Ratio horum omnium, quia ad pree-
sentiam et sensibilitatem non requiritur
ut materia videatur, vel tangatur, vel
feriatur sono verborum (unde commu-
niter non probatur praxis eorum qui os
proxime admovent, ut halitum in cali-
cem et panem inspicient): dummodo vi-
deri possit sive in se sive in alio, v. gr.
in suo toto, vel continente, vel vase ad
illam continentiam destinato. — Vide
Bonacina⁵.

213. — « 2^o. Invalide consecratur:

« 1^o. Materia post parietem aut post ter-
gium posita, vel clausa in tabernaculo;
ut docet Filluccius, Bonacina⁶ et alii. —

¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 6. — ² Lib. 5, tr. 4, cap. 2,
n. 10. — ³ Suar., disp. 43, sect. 5. — ⁴ Henrig., lib. 8, cap. 14,
n. 2. — ⁵ Bonac., disp. 4, qu. 2, punct. 6, n. 4. — ⁶ Tr. 4, cap. 4,
n. 120. — ⁷ Sotus, in 4^o, dist. 9, art. 2, ad 3. — ⁸ Henrig., loc.
cit. — ⁹ Praepos., qu. 74, art. 2, dub. 2, n. 12. — ¹⁰ Tr. 4, cap. 4,
n. 120. — ¹¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 6, n. 4. — ¹² Fill., tr. 4,
cap. 3, qu. 3, num. 68 et 69. — ¹³ Loc. cit., num. 6 et 9. —
¹⁴ Lib. 8, cap. 14, n. 2. — ¹⁵ Gabr. a S. Vincent., de Euch.,

« Ratio, quia moraliter censetur abesse;
« cum non possit demonstrari per rō Hoc
vel Hic; neque paries habeat se ut con-
tinens aut tegens.

« 2^o. Materia valde procul, v. gr. cen-
tum passibus distans, etsi videri possit.
« Ratio est eadem. — Quanta autem pro-
pinquitas sufficiat, dubium est, et ex
morali prudentum judicio pendet. Hen-
riquez⁷ docet viginti aut triginta pas-
suum⁸: [Putant Lugo⁹ et Gabriel,
apud Salmant.⁸ consecrationem in viginti
passus esse certam] « quod Bonacina⁹ et
alii putant non esse certum. Vide scho-
lasticos.

« 3^o. Materia tam modica, ut sensu per-
cipi non possit: tum quia non potest de-
monstrari; tum quia sacramentum debet
esse signum sensibile. Ita Suarez, Va-
squez et alii; contra Sotum, Henriquez.
— Quod intellige, si non sit in toto, sed
extra illud; quia in toto, etiam minimae
eius particulae consecrantur: ut constat
ex Tridentino¹⁰. Bonacina¹¹.

214. — « Secunda conditio: ut materia
sit certa, et a consecrantis intentione,
et in individuo determinata. — Est com-
munis apud Bonacina et alios: tum quia
hoc requirunt pronomina Hoc et Hic:
tum quia actiones sunt circa singularia,
quae debent esse certa et determinata.
Vide Bonacina¹².

« Unde resolves:

« 1^o. Invalide consecraret qui vellet Corollaria.
tantum consecrare tertiam vel medianam
hostiae partem, eam non determinando;
vel ex multis, v. gr. viginti praesenti-
bus, tantum quatuor aut quinque, nul-

²⁰. Mater-
ria certa et
in individuo
deter-
minata a
consecran-
te.

¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 5, a. n. 4. — ² Qu. 74, n. 39. —
Suar., disp. 43, sect. 6, v. Sed objicit. — ³ Lib. 5, tr. 4,
cap. 2, n. 15. — ⁴ Disp. 4, qu. 2, punct. 6, n. 11. — ⁵ Suar.,
disp. 43, sect. 7. — ⁶ Vasq., disp. 171, cap. 2, a. n. 12. — ⁷ Sotus,
in 4^o, dist. 9, art. 2, v. Averro versus. — ⁸ Henrig., lib. 8,
cap. 14, num. 4. — ⁹ Sess. 13, de Euch., can. 2 et 3. —
¹⁰ Disp. 4, qu. 2, punct. 5, n. 1; cfr. qu. 3, punct. 5, n. 5. —
¹¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 5, n. 4. — ¹² Lib. 5, tr. 4,
cap. 2, n. 14, n. 2. — ¹³ Gabr. a S. Vincent., de Euch.,

riensis concilii statutum potuisse licitum esse
pro conditione vini.

212. — ^a Coninck, qu. 74, n. 23, non habet
omnia exempla hic posita (idemque dicendum
de ceteris auctoribus). Immo n. 22, negat posse
valide consecrari panem latenter sub mappa
vel corporali, vel clauso in tabernaculo. Male
igitur ex parte citatur a Bonacina.

^b) Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 10,
contradicit Bonacinae tantum pro hostia la-
tentia sub mappa aut corporali, quam Lay-
mann negat posse valide consecrari.

213. — ^a Henriquez viginti passus con-
cedit.

^b) Lugo non bene citatur a Salmant.; nul-
lam enim, disp. 4, n. 125, distantiam deter-

« las designando: quia non est ratio cur
una magis quam altera consecraretur.
— Item, qui ex multis hostiis intenderet
illas consecrare, vel illas partes hostia-
rum aut vini, quas Deus elegerit aut
Titius designari; aut partes illas quae,
fractis speciebus, sunt mansurae in con-
tinuo, non quae excedent: quia non est
materia definita. — Bonacina¹.

215. — « 2^o. Non consecratur hostia, in-
scio sacerdote posita sive in corporali
(sejuncta tamen a cumulo), sive infra
illud. Coninck² et alii. — Ratio, quia
non est determinata in mente sacerdo-
tis, cuius voluntas non fertur in inco-
gnitum.

« Similiter non consecrantur guttae
quaes exterius calici adhaerent; quia non
intenduntur. — Immo, ut probabiliter do-
cent Suarez, Reginaldus³, Laymann⁴,
Coninck⁵, contra Tanner et Bonacina,
nec eae guttae quae interius adhaerent;
quia intentio Ecclesiae esse videtur, ideo-
que et sacerdotis esse debet, consecrare
id quod per modum unius continui est
in calice. Unde, ne opus sit de deter-
genda gutta sollicitum esse, bene faciet
sacerdos, si semel pro semper intendat
eas non consecrare; uti nec micas ho-
stiis adhaerentes. Vide Diana⁶, Esco-
bar⁷: ubi docet, sacerdotem vi parti-
culae Hic, tantum intendere id conse-
crare quod per modum unius continui
potabilis est in calice, ideoque guttulas
illas non consecrari. Quae sententia pro-
babilis⁸ est, ex Reginaldo, Suarez et
Laymann⁹.

¹ Disp. 4, qu. 2, punct. 5, a. n. 4. — ² Qu. 74, n. 39. —
Suar., disp. 43, sect. 6, v. Sed objicit. — ³ Lib. 5, tr. 4,
cap. 2, n. 15. — ⁴ Tanner, tom. 4, disp. 5, qu. 2, n. 78 et 79. —
Bonac., loc. cit., n. 7. — ⁵ Part. 2, tr. 17, resol. 16; et part. 3,
tr. 4, resol. 32. — ⁶ Tr. 7, exam. 6, n. 58 (edit. Lugdun. s. d.);
al. n. 62. — ⁷ Regin., lib. 29, n. 19. — ⁸ Suar., disp. 43, sect. 6.

minat: « Certe, inquit, ego nullam firmam
regulam invenio, nisi eam quae ex communi
modo loquendi hominum desumitur: illa ergo
praesentia requiritur, quae in modo stricto
loquendi sufficit ad demonstrandum aliquid
praesens per li hoc independenter a discursu,
a nutibus, a circumstantiis, etc. ».

215. — ^a Reginaldus, lib. 29, n. 19, dicit
« eas probabiliter judicari non consecratas ». —

^b) Coninck, qu. 74, n. 43, distinctionem
adhibet, et putat consecrari eas vini guttas

Quaeritur: an consecrentur guttae vini
que sunt in calice separatae, quando sa-
cerdos nihil circa eas intenderit?

Alii negant, ut Busenbaum. Alii affir-
mant, ut Croix⁷ cum Praeposito, Dica-
stillo, etc. Alii denique affirmant de guttis
propinquis, negant de remotis. — Monet
Platel apud Croix⁸ quod sacerdos, adver-
tens statim ante consecrationem tales
guttas, si sint vicinae, admisceat; si vero
remotae, vel abstergat (quod ait Tambu-
rinus⁹, apud Busenbaum in fine hujus
Dubii, n. 219, ad 3, haud expedire), vel
excludat ab intentione. Sed Croix dicit
etiam posse licite includere eas in inten-
tione, ne in calice sit vinum quod non
sit consecratum^e.

Sic etiam dicit Croix (contra Busen-
baum) quod sacerdos debet consecrare
micas adhaerentes hostiis, non autem se-
paratas in patena vel corporali. Nec ob-
stat quod eas sumendo laederetur jeju-
num; nam magis videtur tunc praeca-
venda irreverentia sacramenti quam lae-
sio jejunii. — Si vero micae sint in cibo-
rio, eas etiam (ait) intendat consecrare;
cum absit periculum eas perdendi.

216. — « 3^o. Valida est consecratio:
« 1^o. Si sacerdos intendat consecrare
ex pluribus hostiis praesentibus tantum
quince, eas determinando; vel omnes,
praeter infimam et supremam cumuli;
vel omnes pares, v. gr. secundam, quar-
tam, sextam, si sint ordine collocatae,
et determinetur unde numerandi initium
sumendum sit: quod tamen grave pec-
catum erit. — Quod si autem hoc vel

v. Sed objicit. — ⁶ Lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 15. — ⁷ Lib. 6,
part. 1, n. 459. — ⁸ Lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 14. —
Dicast., tr. 4, de Euch., disp. 2, dub. 3, n. 223. — ⁹ Plat.,
de Euch., num. 323. — ¹⁰ Loc. cit., num. 459. — ¹¹ Tambur.,
Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 1, § 3, n. 29. — ¹² Croix,
loc. cit., n. 459. — ¹³ Croix, loc. cit.

quae proxime continuo liquori calici intrin-
secus adhaerent, nisi consecratis aliud ex-
presse intenderit; remotiores vero guttas non
consecrari.

c) Quin etiam Suarez et Laymann proba-
biliorem existimant.

d) Quando scilicet calice jam discooperto
incipit verba consecrationis, uti dicetur infra
n. 219.

e) « Sed melius mihi videtur, ait S. Al-
phonus in Exam. Ordinand., n. 99, id in-

Quid de
guttis in
calice sepa-
ratris.

Casus ma-
teriae suffi-
cienter de-
terminatae.

« alio casu non consecratae misceantur « consecratis, totus cumulus ad altare est « deferendus, ut sacerdos intendat conse- « crare non consecratas. — Vel potius to- « tum cumulum consecret sub conditione, « si non sint consecratae. Card. de Lugo¹. »

Et hoc potius faciendum est. Quia in consecrando hostias non consecratas, deficit vera determinatio materiae, nec potest verificari verbum *Hoc*; unde debent consecrari omnes hostiae sub conditione, ut valide consecrentur. Ita Lugo²; Salmant.³ cum Laymann⁴, Dicastillo, Aver-⁵sa⁶, Leandro, Diana, etc. — Et hoc etiam licite fieri potest, ut dicunt Salmant.⁷ cum Laymann⁸, Dicastillo, Diana, Leandro; contra Lugo⁹ et de Afflito¹⁰.

« 2º. Etsi putet unam vel duas, vel sex hostias consecrandas adesse, cum sint plures, sive a se sive ab alio positae. « Quia error speculativus et privatus non obstat intentioni practicae et absolutae consecrandi omnes praesentes: quam, tamquam Ecclesiae consuetudini con- formem, quisque censemur habere impli- cite; ut docent Silvester, Henriquez et Suarez. [Cum Navarro¹¹, Bonacina, Vasquez, Coninck, Lugo et communi¹², apud Salmant.¹³] — « Unde, si sacerdos

« advertat post consecrationem esse duas simul juntas, utramque ut consecra- tam sumet; ut habet missale. Si vero ante consecrationem postquam obtulit, advertat, alteram seponet, et post Mis- sam ipse vel alias sumat, tamquam pa- nem benedictum.

« 3º. Si quis plures hostias ad altare tulerit, aut rationabili modo adverterit ab alio adferri a se consecrandas, vel ante sacrificium monitus fuerit de consecrandis in altari jam positis. — Ratio: omnes enim consecrantur, etsi dum consecrat, earum non ita expresse meminerit, aut etiam ad oblationem non de tegat, modo sint praesentes in corporali vel saltem in altari. Ita Reginaldus¹⁴, Laymann¹⁵, Bonacina¹⁶ et alii ab ipso citati; estque sententia in praxi tuta. « Quia intentio praecedens, respectu illarum virtualiter perseverat ».

217. — Quando ciborium consecrandum positum est a clero in corporali, te adverte, et illud jam intenderis consecrare, certum est quod consecras, licet postea ad illud non adertas. — Est communis sententia; ut ait Croix¹⁷ cum Palao, Dicastillo¹⁸; et Salmant.¹⁹ cum Gavanto et Suarez.

Quid de ciborio po- sito in cor- porali ad- vertente sa- cerdote.

¹ De Euch., disp. 4, n. 139. — ² Loc. cit. — ³ Tr. 4, cap. 4, n. 129. — ⁴ Dicast., tr. 4, de Euch., disp. 2, dub. 12, n. 227. — ⁵ Leand., tr. 7, disp. 8, qu. 78. — ⁶ Diana, part. 9, tr. 8, resol. 64. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Dicast., loc. cit. — ⁹ Diana, loc. cit. — ¹⁰ Leand., loc. cit., qu. 79. — ¹¹ Silvest., v. Eucharistia II, n. 8, qu. 6. — ¹² Henriquez, lib. 8, cap. 14, n. 5. — ¹³ Suan., disp. 43, sect. 6, v. Sed objicit. — ¹⁴ Bonac., disp. 4,

tendere de guttis proximis fundo, non vero de remotis».

216. — ^a Laymann non recte citatur a Salmant.; scribit enim lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 12: « Si contingat formulas non consecratas cum consecratis hostiis confundi seu misceri, potest et debet totus cumulus ad altare deferri, ut sacerdos intendat consecrare illas tantum quae consecrationem non accepert. Etenim necesse hand est, ut sacerdos omnes partes materiae consecrandae distincte ac sigillatim cognoscat et intendat».

^b Aversa pariter a Salmant. non satis accurate allegatur, qui, qu. 2, sect. 2, v. Quarta conditio, querit: « Si sacerdos determinet consecrare illud quod consecratum non est, an talis determinatio valeat et sufficiat ad conficiendum sacramentum?.. Videatur... valere et sufficere».

^c Lugo, loc. cit., n. 139, licitum esse ne-

gat, casu quo una tantum hostia non consecrata in cumulo consecrato reperiatur sed aliud esset si e contra mille hostiis non consecratis admista fuisset una consecrata, nec posset discerni; tunc enim deberent omnes sub conditione consecrari». — Silvester de Afflito a Diana citatur, tamquam « Romae in sua Lectura sententiae Cardinalis» adhaeserit.

^d Navarrus, quamvis a Salmant. hic citetur, loco tamen citato a Salmant., scilicet in Man., cap. 25, n. 91, de alio, licet simili, casu loquitur: « Qui multas hostias, inquit, consecrandas accipit, et memor tantum illius quam manibus tenet, verba consecratoria profert, omnes consecrat».

^e « Et alii», inquit Salmant.

217. — ^a Dicastillus, tr. 4, de Euch., disp. 2, dub. 12, n. 216: « Valere consecrationem omnium hostiarum, inquit, quas quis conse-

Si ex obli- vione rel- ectum sit ex- tra corpo- rale:

Juxta a- lios conse- cratur.

Probabi- lius non conse- cratur.

Quid fa- ciendum de hostiis in eo contentis.

Sed Dubium est: *Utrum censendum sit consecratum ciborum, ex obliuione extra corporale relicum?*

Prima sententia cum Tanner^b et Prae- posito (apud Croix¹, qui probabilem vocat), affirmat; quia, ut dicunt, voluntas consecrandi jam adfuit, et non fuit retractata. — Secunda tamen sententia communis et probabilior negat cum Suarez^c, Diana, Palao^d, Lessio^e, etc. cum Croix². Ratio, quia, cum intentio consecrandi extra corporale fuisse peccatum grave, illam tu habuisse non praesumeris.

Sed quia prima sententia non videtur improbabilis, cum res sit dubia, rationabilius ait Benedictus XIV^f, ciborum de- nudo consecrandum; vel, ut dicit [Contin.] Tournely^g, in praxi illas particulas esse sumendas post Sanguinem: et ego addo post ablutionem, sed ante purificationem; quia reliquiae Sanguinis sunt certe sacra- mentum, sed hostiae illae in ciborio sunt dubie. — Censem autem Tournely^h et Croixⁱ, posse eas etiam consecrari in alia Missa sub conditione. Sed hoc mihi non placet; quia non videtur adesse justa

Praepos., qu. 74, art. 2, dub. 3, n. 19. — ¹ Lib. 6, part. 1, n. 458. — Diana, part. 9, tr. 8, resol. 64, v. f.; cfr. part. 3, tr. 6, resol. 103; part. 5, tr. 14, resol. 19. — ² Tr. 21, punct. 6, n. 3. — ³ De Euch., cap. 3, art. 2, sect. 1, v. Quaeres 3, i. f. — ⁴ Qu. 11, sect. 12, v. Quinto. — ⁵ Gavant., part. 3, tit. 10, n. 19. — ⁶ Possev., de Offic. curati, cap. 2, n. 28. — ⁷ Part. 2, tr. 14, resol. 71. — ⁸ Method., celebr. Miss., lib. 2, cap. 5, § 2, n. 8. — ⁹ Loc. cit., n. 10 et 11. — ¹⁰ Gobat, tr. 3, n. 85. —

crandas detulit ad altare, ibique habet consecrandas, etiamsi in actu consecrationis tantum illius recordetur quam pree manibus habet: censemur habere intentionem determinatam ad omnes hostias, quamvis non actualem, saltem virtualem, quatenus intentio preedens censemur perseverare».

^b Tanner, disp. 5, qu. 2, n. 76, senten- tiam affirmativam utique tuerit; sed n. 77, subdit: « Quae responsio, uti est probabilis, ita non videtur certa;... quamobrem... non omnino certa erit ejus [materiae] consecratio».

^c Suarez et Palau, loc. cit., loquuntur de hostiis quae non sint supra aram, positae.

^d Lessius a Croix hic citatur absque loci indicatione; et revera apud eum id reperire nequivit; neque ab alio auctore nisi a Croix citatur.

^e Benedictus XIV, de Sacrif. Miss., lib. 3, cap. 18, n. 6, (in edit. ital., sezione 2, cap. 6, § 2, v. *E quanto al secondo*) ita docet, quando pyxis est extra petram sacram.

^f Continuator Tournely, loc. cit., id ha-

causa illas consecrandi sub conditione, cum jam sumi possint.

« 4º. Si parvae hostiae pro commun- cando populo afferantur sacerdoti paulo post factam oblationem (addit Aversa⁴, « ante coepit prafationem), licite eas consecrari, suppleta oblatione mentali- ter, ex Gavant et Possevino docent Diana⁵ et Tamburinius⁶».

Et hoc, etiamsi canon sit inceptus; ut Tamburinius⁷; cum Gobat, Burghaber, Quarto⁸, Diana⁹ et Possevino, apud Croix¹⁰: saltem quando plures sine communione remanerent; et consentit Benedictus XIV¹¹. — Si vero remaneret tantum unus, Gobat suadet potius dari illi partem hostiae magnae: quod licite jam fieri potest¹², ut ait Croix⁹ cum S. Antonino, Silvestro, Bonacina, Sà, Tamburino, etc. Et sufficit pro causa, si communicaturus diu exspectare deberet communionem.

218. — ^a Resp. IIº. Ad licitam materiae consecrationem requiritur: 1º Ut non sit major quantitas quam tempore oppor- tuno possit absumi; quia periculum esset ne species computrescerent. Bonacina¹⁰

Burghab., centur. 2, cas. 28. — Possev., de Off. curati, cap. 2, num. 28. — ^b Loc. cit., num. 460. — Gobat, tr. 3, num. 86. — ^c Lib. 6, part. 1, num. 508. — S. Anton., part. 3, tit. 13, cap. 6, § 5. — Silvest., v. Eucharistia II, num. 15, v. Septimum. — Bonac., de Euch., qu. 5, punct. 1, n. 14. — Sà, v. Eucharistia, n. 15. — Tambur., Method. SS. Commun., cap. 6, num. 31 et 32. — ^d Loc. cit., qu. 2, punct. 5, num. 2.

bet casu quo multae sint ejusmodi particulae.

^g Quin etiam Croix, loc. cit., n. 458: « Tales hostiae, inquit, erunt de novo in alia Missa sub conditione consecrandae».

^h Quarti et Diana male citantur a Croix. — Quarti enim, part. 2, tit. 7, sect. 1, dub. 3, i.f., scribit: « Non debent admitti novae particulae ad consecrandum, si deferantur ad altare, coepit jam canone». — Et Diana, loc. cit., dicit consecrari posse, si hostiae ad altare deferantur « non incepta prafatione».

ⁱ Benedictus XIV, loc. cit., n. 5, (edit. ital., loc. cit., v. *Quanto al primo*) consentit utique, sed « prafatione incepta». Si vero jam inceptus sit canon, Benedictus antea dixit communem esse sententiam quae negat posse consecrari, etiam ad viaticum infirmo ministrandum.

^j Ex rationabili causa; sed S. Antoninus hanc causam assignat necessitatem viaticum infirmo ministrandi; ceteri vero minus rigide loquuntur.

Quid, si offertorium afferantur.

Requisita ad licitam consecratio- nem.

« — 2°. Ut ab usu Ecclesiae, praesertim in missali praescripto, non recedat ».

« Ex dictis resolves:

219. — « Peccat: 1°. Qui vas in quo hostiae consecrandae sunt non aperit.

« 2°. Qui consecrat materiam positam extra corporale.

« 3°. Qui intendit consecrare guttas calici adhaerentes exterius: quod esset grave. De interius adhaerentibus est dubium (quia non constat satis de mente Ecclesiae); ad quod evitandum Gavantus¹ jubet eas abstergi: quod consue-

« tudo probat. Qui tamen id omittit, eum non peccare docet Tamburinius²; immo nec expedire, si eas advertas, quando discooperto calice jamjam es consecratio turus, et elevationem populus exspectat. — Post consecrationem autem, nullo modo sunt abstergendae.

« 4°. Qui ante consecrationem ita statueret: Nolo consecrare hostias appositas, nisi tempore consecrationis vel saltem oblationis fuero memor. Ita Praepositus^a, Laymann^b: — etsi Tamburinius³ eo casu nullum peccatum agnoscat ».

DUBIUM VI.

Quae sit Forma Consecrationis Eucharistiae.

220. Quae verba sint de essentia in consecratione panis, et quae, vini. — Et an verba sint preferenda simul recitative et significative. — 221. Quae forma sit illicita. Quae invalida. Et quae dubia. — 222. Qu. 1. An in consecratione panis praerequirantur verba: Qui pridie, etc. — 223. Qu. 2. An in consecratione calicis omnia verba sint de essentia. Qu. 3. Quid significant rō Hoc et Hic. Qu. 4. An conficiatur Eucharistia si omittatur verbum Est. — 224. Vide plura circa variationem verborum. — Quid, si sacerdos se distrahit in consecrando.

220. — « Resp. Est duplex:

« Una panis, et est haec: *Hoc est enim Corpus meum*. — Ubi omnia sunt de essentia; praeter rō enim, cuius omissione esset veniale ». [Cum Suarez, Coninck, Bonacina, Palao^a, etc., apud Salmant.⁴. — Sed non improbabiliter Roncaglia^b et Concina damnant de mortali. Revera enim in re tam gravi non videatur levius materia quaecumque levius mutatione deliberate apposita].

« Altera vini, et est haec: *Hic est enim calix Sanguinis mei, novi et aeterni Testamenti mysterium fidei: qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. — Ubi, etsi verior et communior sit sententia S. Bonaventurae,

¹ Part. 2, tit. 7, num. 4, lit. G. — ² Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 1, § 3, num. 29. — ³ Loc. cit., num. 22. — ⁴ Suar., disp. 59, sect. 1, v. *Sed quaevers.* — Coninck, qu. 78, num. 37. — Bonac., qu. 3, punct. 1, num. 10. — ⁴ Tract. 4, cap. 5, num. 18. — Concina, de Euch., cap. 5, num. 16. —

« Suarii, Bellarmini et aliorum (contra S. Thomam et thomistas), quod essentia lia sint tantum haec: *Hic est calix Sanguinis mei* (vel *Hic est Sanguis meus*, aut eis aequivalentia); graviter tamen peccaret qui aliqua ex reliquis omitteret vel mutaret.

« Debent autem formae proferri in persona Christi formaliter et significative, sive assertive; [Id est simul recitative et significative, scilicet referendo verba Christi, et applicando eorum significacionem ad materiam praesentem, nempe ad panem et vinum quae sacerdos in manibus habet, ut illa transmutet in Corpus et Sanguinem Christi: ita Concina^b; et Salmant.⁶ cum S. Thoma⁷] « et non tan-

S. Bonav., in 4, dist. 8, part. 2, art. 1, qu. 2. — Suar., disp. 60, sect. 1. — Bellarm., de Euch., lib. 4, cap. 12, 18 et 14, ad 9 arg. — S. Thom., 3 P., qu. 78, art. 3. — ⁵ De Euch., cap. 5, num. 14. — ⁶ Tract. 4, cap. 5, num. 51. — ⁷ Qu. 78, art. 5.

219. — ^a) Praepositus, quidquid dicat Bussenbaum, casum hunc non habet, qu. 74, art. 2, dub. 3, n. 15.

^b) Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 2, n. 15 dicit: « Videtur peccare ».

220. — ^a) Palau, tr. 21, punct. 7, n. 1, saltem veniale esse putat, si ex incuria vel

negligentia omittatur: « At si ex proposito fiat, vix a mortali excusabitur ob virtualem contemptum ». Et fere idem docent Suarez et Coninck.

^b) Roncaglia, tr. 18, cap. 3, qu. 3, de eo qui rō enim omitteret, dicit: « Difficillime... a gravi culpa excusarem ».

« tum recitative, sive historice; licet ea quae in canone praecedunt dicantur tandem recitative seu historice. — Vide Laymann¹, Bonacina², card. de Lugo³.

« Unde resolves:

221. — « 1°. *Valida*, sed *illicita* est consecratio: 1°. Si consecrants dicat: *Hic cibus, hic potus, hic calix*; vel *haec res, vel contentum sub his speciebus, est Corpus meum vel Sanguis meus*. Bonacina⁴. — 2°. Si dicat: *Hic calix est non vnum Testamentum in Sanguine meo* (ut habeat S. Lucas, cap. xxii). — 3°. *Hoc est Corpus meum, quod de Virgine sumpsi: hic est Sanguis meus infiniti valoris*. — 4°. *Hoc est meum Corpus, hic meus est Sanguis*; vel *Hoc est Sanguis meus*.

« Ratio horum, quia manet idem sensus, nec fit mutatio substantialis. — Bonacina⁵.

« 2°. *Invalida* erit consecratio, si diccas: 1°. *Hic* (adverbialiter) *est Corpus meum*. — Si autem rō *Hic* ponatur masculinum pro neutro, valet, etsi non secundum grammaticam. Escobar, Granaudus ». [Cum Suarez, Diana, Bonacina et multis, apud Salmant.⁶]. — 2°. *Hoc Corpus est meum. Hic Sanguis est meus*. — Fagundez^a. — 3°. *Ecce Corpus meum. Ecce Sanguis meus*. — 4°. *Hoc sūl, vel hoc fit Corpus meum; vel Hic panis convertitur in Corpus meum; vel hic ponitur Corpus meum*. — 5°. *Illiud est Corpus meum: ille est Sanguis meus*. — 6°. *Hoc est substantia mea; vel Hoc est Corpus Christi*. — Bonacina⁷.

« 3°. *Dubia* erit consecratio: 1°. *Istud est Corpus meum: iste est Sanguis meus*. — 2°. *Haec est caro mea*: quam tamen Laymann^b, contra Coninck, putat va-

¹ Lib. 5, tr. 4, cap. 8. — ² Qu. 3, punct. 2. — ³ De Euch., disp. 11, sect. 5. — ⁴ Loc. cit., punct. 1, n. 7. — ⁵ Loc. cit., punct. 1, n. 6; punct. 2, num. 5. — ⁶ Escob., tr. 7, exam. 6, cap. 5, n. 55, (edit. Lugdun. s. d.). — Jacob. de Granado, in 3 P., controv. 6, de Euch., tr. 8, disp. 5, n. 2. — Suar., disp. 59, sect. 2. — Diana, part. 5, tr. 14, resol. 77. — Bonac., qu. 3, punct. 1, n. 7. — ⁷ Tr. 4, cap. 5, n. 3. — ¹ Loc. cit., punct. 1, a. n. 11 ad 16. — Coninck, qu. 78, n. 38. — ² Loc. cit., punct. 1, n. 8; et punct. 2, n. 7. — Catharin., Opusc. Quibus verbis Christus, etc., i. f. — ³ De Euch., part. 1, cap. 8, qu. 2, v. Verum. — ¹⁰ Tit. de Defectib., X, n. 3. — ¹¹ Loc. cit., V, n. 1. — Eugen. IV, decret. ad Armenos, § Tertium est; ap. Labbe, tom. 18, col. 549. — ¹² In 4, dist. 8, qu. 2, n. 4, 5 et 10.

221. — ^a) Fagundez, in 3 Eccl. praec., lib. 2, cap. 6, n. 11, revera negat (ut probabilius) valere hanc formam: *Meum est hoc corpus; vel saltem valde dubitat, quia ibi sensus variatur*. Et de forma calicis idem docet, cap. 7, n. 17.

^b) Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 3, n. 2, v.

« lere. — 3°. Secundum quosdam, forma ex S. Luca primo casu allata. — Vide Bonacina⁸, Reginaldum^c.

222. — Quaeritur 1°. *An in consecratione panis praerequirantur verba illa: Qui pridie, etc.?*

Ambrosius Catharinus (apud Habert⁹) propugnavit consecrationem perfici per preces antecedentes; verba autem Christi ex praecepto historicæ tantum recitari. — Sed haec opinio rejicitur a S. Pio V in rubrica missalis¹⁰, ubi (postquam dictum fuit¹¹) quod forma Corporis sunt verba illa: *Hoc est enim Corpus meum*) dicitur: *Si autem, semiprolata forma Corporis, obiit sacerdos, quia non est facta consecratio, non est necesse ut Missa per alium suppleatur*. Ergo consecratio non fit nisi per verba: *Hoc est*, etc. Idque confirmatur in decreto Eugenii, ubi habetur: *Forma huic sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit sacramentum; sacerdos enim in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum*. Ergo sacramentum non conficitur, nisi per verba Christi, quae certe alia non sunt, nisi illa: *Hoc est*, etc.

Scotus autem¹² non dubitat quin forma consecrationis panis et vini utique sint verba: *Hoc est Corpus*, etc., *Hic est calix*, etc. Sed si haec sola verba proferantur, praetermissis illis, *Qui pridie*, etc., an fiat consecratio dubitat; et dicit tunc sacramentum sub conditione adorandum. Ratio, quia verba: *Hoc est*, etc., prolata sine praecedentibus, per se non significant Corpus Christi, sed corpus sacerdotis; unde oportet ut per antecedentia verba significetur quod sacerdos loquitur in persona Christi. — Et hanc sententiam sequuntur

Juxta Scotum, requiri.

Quintum, validam putat esse consecrationem his verbis factam: *Istud est corpus meum*. At Coninck, loc. cit., putat invalidam esse formam hanc: *Hoc est caro mea*.

¹²) Reginaldus, lib. 29, n. 33, nihil de hac forma habet.

Angelus¹, Dupasquier². Atque Contin. Tournely³ ac Frassen⁴ dicunt non carere omni probabilitate^{a)}.

Alii vero communiter, ut Juenin⁵, Tournely⁶, Gonet⁷, Concina⁸, Frassen⁹ et Lugo¹⁰ (qui ait opinionem Scoti ab omnibus rejici) docent ad consecrationem sufficere sola verba: *Hoc est*, etc. — Probatur ex decreto Eugenii, ubi dicitur consecratio non aliis fieri, nisi verbis Christi: *Forma hujus sacramenti sunt verba Salvatoris, quibus hoc conficit sacramentum; sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum*. Et ut sacerdos loquatur in persona Christi, sufficit quod Corpus Christi satis designetur ex institutione Christi et ex intentione sacerdotis. Prout si rex aliqua institueret verba, quae, quoties dicerentur a judice, repreäsentant personam regis: hoc ipso quod a judice proferuntur, regis personam repreäsentant.

Haec quidem sententia est communis et probabilissima. — Sed oppositam non audeo dicere improbabilem. Tanto magis, quia rubrica¹¹, quando forma est repetenda ratione materiae dubiae^{b)}, vel eo quod forma calicis fuerit semiprofata, praecipit ut sacerdos incipiat ab illis verbis: *Qui pridie*, etc., et *Simili modo*, etc.

223. — Quaeritur 2º. *An in consecratione calicis, sola verba: Hic est calix Sanguinis mei, sint de essentia?*

¹ V. *Eucharistia I*, num. 24. — ² De Euch., disp. 2, qu. 4, concl. 2. — ³ De Euch., cap. 4, art. 2, concl. 3. — ⁴ Tom. 11, tr. 2, disp. 1, art. 1, sect. 3, qu. 3, concl. 1. — ⁵ Institut., de Euch., qu. 1, cap. 3, art. 2. — ⁶ Praelect. de Euch., qu. 4, art. 8, concl. 3. — ⁷ Man., tr. 4, de Euch., cap. 8. — ⁸ De Euch., cap. 5, num. 7. — ⁹ Loc. cit., qu. 3, concl. 1. — ¹⁰ De Euch., disp. 11, n. 39. — ¹¹ De Defectib., III, num. 5; et X, n. 3. — ¹² Loc. cit., cap. 8, v. *Existimo*. — ¹³ Tr. 4, cap. 5, n. 25. — ¹⁴ S. Anton., part. 3, tit. 18, cap. 5, § 4, v. *Quantum ad secundum. - Silvest.* v. *Eucharistia I*, qu. 6, v. *Quartum. - Palud.*, in 4, dist. 8, qu. 3, art. 2, concl. 2. — ¹⁵ Thom. *Hurtad.*, Resolut. mor., tr. ult., resol. 8, § 2 et seqq. — Arauxo, in 3 P., qu. 78,

*Prima sententia negat. Et hanc tenent Gonet¹²; et Salmant.¹³ cum S. Antonino, Silvestro, Paludano, Hurtado, Arauxo, Richardo, etc.; qui dicunt, omnia verba sequentia: *Novi et aeterni Testamenti*, etc., ad essentiam pertinere. Et pro hac sententia videtur esse D. Thomas¹⁴, ubi ait: *Et ideo illa quae sequuntur sunt essentialia Sanguini, prout in hoc sacramento consecratur; et ideo oportet quod sint de substantia formae*. Ergo, ait Gonet, si verba illa sunt essentialia Sanguini, sunt etiam essentialia formae. — Ratio hujus sententiae est, quia Eucharistia non solum est instituta ad significandum Corpus et Sanguinem Christi per modum cibi et potus; sed etiam ad explicandam virtutem Passionis Christi, id est peccatorum remissionem, quae habetur per effusionem Sanguinis ex novo Testamento, etc. Ergo verba sequentia quae hanc exprimunt virtutem, dicendum est ad essentiam formae pertinere. — Censem vero Salmant.¹⁵, non omnia verba subsequentia esse essentialia: nam verbum *aeterni* virtualiter includitur in illis, *novi Testamenti*; et verba *Mysterium fidei* includuntur in illis, *qui pro vobis effundetur*, etc.*

Secunda vero sententia communior, quam tenent Scotus^{a)}, Petrocorensis¹⁶, Holzmann¹⁷, Juenin¹⁸, Contin. Tournely¹⁹; Lugo²⁰ cum Bellarmino; Sporer²¹ cum S. Bonaventura et Suarez, ac plures ex thomistis, ut Sotus, Contenson, Wigandt

art. 6, dub. 1, num. 6. — Rich. de Mediavilla, in 4, dist. 8, art. 3, qu. 2. — ¹² In 4, dist. 8, qu. 2, art. 2, solut. 1, ad 3. — Gonet, Man., tr. 4, cap. 8, v. *Alterum*. — ¹³ Tr. 4, cap. 5, num. 31 et 39. — ¹⁴ De Euch., cap. 3, qu. 2. — ¹⁵ De Euch., num. 264. — ¹⁶ Institut., de Euch., qu. 1, cap. 3, art. 3. — ¹⁷ De Euch., cap. 4, art. 3, concl. 1. — ¹⁸ Disp. 11, sect. 4, a. num. 60. — Bellarm., de Euch., lib. 4, cap. 12, 13 et 14. — ¹⁹ Part. 2, cap. 3, num. 188 et 186. — S. Bonav., in 4, dist. 8, part. 2, art. 1, qu. 2. — ²⁰ Suar., disp. 60, sect. 1. — Sotus, in 4, dist. 11, qu. 1, art. 3, v. *Sed tamen semper*. — Contenson, lib. 11, part. 2, dissert. 2, cap. 2, specul. 2, quaer. 2. — Wigandt, tr. 12, exam. 4, n. 24.

222. — a) Non carere omni probabilitate eam scilicet opinionem, quae negat valide consecrari, si omittantur verba praedicta.

b) Rubrica loquitur de materia invalida, ut esset hostia corrupta vel non triticea.

223. — a) Scotus, in 4, dist. 8, qu. 2, n. 7 et 8, rationes prioris sententiae afferit, de quibus ait: «Istae rationes non concludunt». Sed

n. 9: «Non est nobis, inquit, traditum omnino certitudinaliter, an ad formam consecrationis Sanguinis pertineant aliqua verba post illud *Sanguinis mei*, vel an aliquod illorum sequentium usque illic: *Hoc facite*, etc. Ideo periculum est hoc asserere de quo sufficiens auctoritas non habetur: non est autem periculorum ignorare, quia videtur ignorantia invincibilis».

Juxta alios, verba *Hic est calix Sanguinis mei* non sufficiunt.

et Concina, dicit sola verba: *Hic est calix Sanguinis mei*, esse ad formam essentia. — Probant 1º ex verbis D. Pauli (I. ad Cor. xi): *Hic calix novum Testamentum est in meo Sanguine*. Unde dicunt non esse credibile quod Apostolus aliquid essentiale ad formam omiserit. Probant 2º ratione: quia haec sola verba significant praesentiam Sanguinis Christi sub speciebus vini; alia vero pertinent ad integratatem quidem formae, non autem ad essentiam. — Et hanc fuisse mentem D. Thomae censent thomistae, qui hujus sunt sententiae: dum S. Doctor, quando loquitur de primis verbis^{b)}, dicit ea spectare ad *essentiam*; cum vero loquitur de sequentibus, inquit spectare ad *substantiam* formae. Haec autem explicatio an vere sit juxta mentem D. Thomae non satis percipitur: unde bene ait Petrocorensis in hac quaestione sententiam Angelici esse valde dubiam.

Caeterum utraque sententia est speculative probabilis. — Sed in praxi certum est quod sacerdos graviter peccaret, si non proferret omnia verba quae in consecratione calicis habentur: et si forte tantum prima verba dixisset, deberet utique sub conditione integrum repetere formam; ut recte advertit Natalis Alexander¹. Et hoc omnes dicere debent, juxta rubricam², ubi dicitur: *Si... obierit (sacerdos) semiprolata forma Sanguinis, tunc alter prosecutur Missam, et super eumdem calicem repeatet integrum formam* (intellige, sub conditione, si forte jam dixerit verba: *Hic est calix Sanguinis mei*) ab eo loco: Simili modo, etc. *Vel posset super alium calicem praeparatum integrum formam proferre, et hostiam primi sacerdotis et Sanguinem a se consecratum sumere, et deinde calicem relicturn semiconsecratum*.

Concina, de Euch., cap. 5, n. 11 et 13. — Petrocor., de Euch., cap. 3, qu. 2, resp. 1. — ¹ De Euch., cap. 1, art. 4, reg. 3, v. f. — ² De Defectib., X, n. 3. — ³ Disp. 58, sect. 7, v. *Quinta*. — ⁴ De Euch., cap. 4, art. 3, quaer. 1. — ⁵ De

Quaeritur 3º. *Quid significant verba Hoc et Hic?*

Resp. cum Suarez³, Contin. Tournely⁴, Holzmann⁵, qui citat Scotum, Sporer et alios communiter, quod verbum *Hoc* vel *Hic* significant: *Hoc* ens, quod est cibus, *est Corpus meum*; *Hic calix*, sive hic potus, *est Sanguis meus*. Omnis enim propositio in fine prolationis habet suam veritatem et effectum.

Quaeritur 4º. *An conficiatur Eucharistia, dicendo tantum: Hoc enim Corpus meum?*

Affirmat Bernal, dicens quod verbum *Est* in latino idiomate sane subintelligitur. — At merito negant alii communiter, apud Croix⁶. Nam licet rō *Est* ex aliis verbis adjunctis quandoque satis subintelligatur; tamen hic ex ipsa propositione absoluta minime percipitur, dum hic non habentur alia adjuncta quae denotent subaudiri verbum *Est*.

224. — Hic autem notandum, quoad mutationem verborum formae, id quod habetur in rubrica missalis⁷: *Si quis autem aliquid diminueret vel immutaret de forma consecrationis..., et... verba idem non significant, non conficeret sacramentum. Si vero aliquid adderet quod significationem non mutaret, conficeret quidem, sed gravissimum peccaret*.

Valida est autem consecratio, si quis dicat: *Hoc est colpus meum, vel copus meum*. Ita Croix⁸ cum Suarez^{a)}, Lugo⁹ et aliis communiter. (Pariter ac diximus n. 110, de Baptismo, ex can. *Retulerunt*, dist. 4, de *consecr.*, ubi Zacharias Papa declaravit validum Baptismum collatum in nomine Patria, Filia, etc.). Ratio, quia voces ita constitutae sunt, ut si aliquando cum vitio proferantur, idem significant; sufficit enim ut verba formae ingerant sensum a Christo intentum. — Secus, si

Euchar., num. 272. — Scotus, in 4, dist. 8, qu. 2, art. 3, a concl. 10. — Sporer, part. 2, cap. 3, num. 188. — Bernal, disp. 6, n. 40. — Lib. 6, part. 1, n. 35. — ⁷ De Defectib., V, n. 1. — ⁸ Lib. 6, part. 1, n. 36.

in sanguinem...; per verba autem sequentia designatur virtus Sanguinis effusi in Passione, quae operatur hoc sacramento».

224. — a) Suarez non citatur a Croix; sed ipse, disp. 2, sect. 4, quamvis exempla ista

Sensus verborum
Hoc et Hic.

Omissio verbi *Est* invalidat consecrationem.

Monita rubricae de mutationibus formae.

Aliæ mutationes accidentiales vel substanciales.

alium sensum ingererent, ut si quis diceret: *Hic (adverbialiter prolatu) est Corpus meum*; prout docet S. Thomas^{b)}.

Valide etiam consecraret, qui adderet verba sensum non corruptentia, v. gr.: *Hoc est Corpus meum reale*. — Secus, si diceret: *Hoc est Corpus meum figuratum*. Et ita pariter invalide consecraret, si quis diceret: *Hoc corpus est meum*, ut dicunt Bonacina^{c)}, Concinna, Antoine et Elbel; quia per haec verba non significatur transubstantiatio panis in Corpus Christi.

Dicunt Salmant.¹⁾ cum Soto repellendum esse scrupulum, si quis vice *Corpus meum*, proferat *Corpus meum*. Pariter, si pro *Est proferat Es*; ut Diana^{d)}. Si pro *Calix*, dicat *Calis*; ut Henriquez^{e)}. Si pro *Sanguinis*, proferat *Zanguinis*. (Et Sotus hoc excusat ab omni culpa, etsi omittatur diligentia ad proferendum; sed melius Diana, Leander, etc. excusat tantum a mortali, apud Salmant.^{a)}). — Ratio, quia in his remanet forma et significatio substantialis: cum communiter tunc *Calis* vere percipiatur pro *Calix*; et sic de aliis.

Notandum quod si sacerdos se distrahit

in conficiendis sacramentis, vix fieri potest ut sacramentum reddatur invalidum ob distractionem ministri: nisi distractio esset totalis, ait Croix^{f)}. — Sed hanc limitationem minime esse probabilem probavimus num. 14, de *Sacram. in gen.* In conficiendis aliis sacramentis minister voluntarie se distrahens non peccat plus quam venialiter; ut dicit Gobat^{g)} cum communi, apud Croix^{h)}. Sed ibidem Tamburinius advertit quod in consecranda Eucharistia sacerdos voluntarie et adverterter se distrahens, ratione gravis irreverentiae graviter peccaret.

Advertendum autem quod verba consecrationis minime replicanda sunt, nisi *valde probabilit* dubitet sacerdos aliquid omisisse; ut loquitur rubricaⁱ⁾ his verbis: *Si celebrans non recordetur se dixisse ea quae in consecratione communiter dicuntur, non debet propterea turbari. Si tamen certo ei constet se omisisse aliquid eorum quae sunt de necessitate sacramenti..., resumat... formam. Si vero valde probabilit* dubitet se *aliquid esentiale omisisse, iteret formam, saltem sub tacita conditione*.

Ex distractione sacramentum non fit invalidum.

Quid in dubio de omissione.

DUBIUM VII.

Quamdiu Christus maneat in Eucharistia.

225. *Infra quantum tempus species consummentur*. — 226. *Quando recipiatur gratia*. — 227. *Quid, si sacerdos se disponeret inter sumptionem*. — 228. *An recipiatur plus gratiae, si sumatur utraque species vel major materia*. — 229. *Quid, si vinum consecratum in aliud vinum aut liquorem injiciatur*.

225. — « Resp. Manet sub speciebus, etiam divisis, et sub quavis earum minima parte, donec tanta earum fiat mutatio, ut consueta substantia panis et

Concinna, de *Euch.*, cap. 5, n. 19 et 21. — *Antoine*, de *Euch.*, cap. 1, qu. 9, resp. 2, v. f. — *Elbel*, confer. 12, de *Mater. Consecrat.*, n. 50. — ¹⁾ *Tr. 4*, cap. 5, n. 16. — *Sotus*, in 4, dist. 1, qu. 1, art. 8. — *Sotus*, loc. cit. — *Diana*, part. 2, tr. 17,

non afferat, rationem hic adjectam habet. — Lugo pariter, *de Sacram. i. g.*, disp. 2, n. 108, exempla tantum his similia proponit.

^{b)} S. Thomas, 3 P., qu. 60, art. 8, rationem dumtaxat afferit, in qua fundatur haec assertio.

^{c)} Bonacina, qu. 3, punct. 1, n. 15, rationem afferit hic expositam, sed relate ad aliud exemplum.

^{d)} Duo priora exempla reperiuntur utique

apud Sotum; sed Diana, part. 2, tr. 17, resol. 14. — *Leand.*, disp. 9, qu. 20. — ²⁾ *Tr. 4*, cap. 5, n. 17. — ³⁾ *Lib. 6*, part. 1, n. 85. — ⁴⁾ *Loc. cit.* — *Tambur.*, lib. 1, de *Sacram. i. g.*, cap. 2, § 1, num. 4. — ⁵⁾ *De Defectib.*, V. n. 2. — *S. Thom.*, 3 P., qu. 76, art. 3; et qu. 77, art. 4.

^{e)} Gobat id sane docet, *tr. 2*, n. 202; sed subdit: « Speciatim tamen est in Confirmatione et Extrema Unctione periculum peccati mortalium ob periculum errandi graviter propter distractiones in eorum formis, utpote sat prolixis ».

tari. Bene tamen advertit Tamburinius¹⁾, quod, juxta qualitatem stomachi, magis vel minus calidi aut validi, species consummentur. — Caeterum, generaliter loquendo, refert Lugo²⁾, plures medicos a se Romae consultos putasse in laico species intra minutum corrupti, et in sacerdote intra medium quadrantem: quod utrumque approbat Bernal apud Croix³⁾. Immo Arriaga ibid. censem, in laico consummari intra quinque *Pater* et *Ave*; et in sacerdote, postquam vestibus est exutus. Saltem post quadrantem a communione, etiam in sacerdote, tenet ut certum Lugo, et consentit Croix quoad sanos, species consummari.

« Unde resolves:

226. — « 1^o. Gratia datur in prima manducatione etiam primae partis; cum sit totum sacramentum. *Manducatio* autem dicitur trajectory ex ore versus stomachum; etsi alii dicant gratiam tum primum dari cum pars aliqua est in stomachum recepta. — *Diana*⁴⁾ ex Henriquez, Silvio⁵⁾ et Fagundez. Item card. de Lugo⁶⁾.

« 2^o. Species non sunt retinendae in ore tamdiu donec penitus pereant. Quia tunc non manducaretur Christus, nec gratia sacramenti conferretur; uti neque si moriaris, dum hostia adhuc est in ore. — *Diana*⁶⁾ contra *Becanum*. Vide *Bonacina*⁷⁾.

¹⁾ Method. expeditae Commun., cap. 3, num. 4. — ²⁾ *De Euch.*, disp. 10, n. 54. — *Bernal*, disp. 33, n. 63. — ³⁾ *Lib. 6*, part. 1, num. 476. — *Arriaga*, de *Sacram.*, disp. 39, n. 25. — *Lugo*, de *Euch.*, disp. 10, num. 54. — *Croix*, lib. 6, part. 1, num. 476. — ⁴⁾ *Part. 3*, tr. 6, resol. 96. — *Henriq.*, lib. 8, cap. 43, num. 1 et 2. — *Fagund.*, de *3 Praec. Eccl.*, lib. 4, cap. 1, n. 3 et 10. — ⁵⁾ *Disp. 12*, a n. 27. — ⁶⁾ *Loc. cit.*, resol. 96. — *Becan.*, de *Sacram.*, cap. 22, qu. 6, n. 2. — ⁷⁾ *Disp. 4*, de *Euch.*, qu. 4, punct. 2, num. 2. — ⁸⁾ *Tr. 4*, cap. 6, n. 10. — *Swar.*, disp. 63, sect. 4, v. *Circa quod*.

226. — ^{a)} *Silvius*, in 3 P., qu. 79, art. 1: « Probabile... est, inquit, conferri, quando manducatur seu deglutiatur ».

227. — ^{a)} *Sotus*, in 4, dist. 11, qu. 2, art. 1, afferit Cajetani sententiam dicentis ita esse, etiamsi ipsa sacramenti perceptio sit mortalis: quam opinionem dicit « nonnihil absurdatis pra se ferre; sed dist. 12, qu. 1, art. 12, idem *Sotus* scribit: « Si vero [sacerdos], dum sumebat Corpus, forte non erat digne dispositus ut gratiam susciperet, et dispositus est in sumptione *Sanguinis*, tunc eamdem virtute *Sanguinis* simul et Corporis recipiet ».

^{b)} Cajetanus, in qu. 79, art. 1, vult tem-

227. — « 3^o. Si quis partem vini vel hostiae sumpsisset indispositus, et deinde se disponeret, acciperet adhuc gratiam in sumptione alterius partis ». [Ita Salmant.⁸⁾ cum Suarez, Coninck, Soto⁹⁾, Cajetano¹⁰⁾; contra Bonacina et Henriquez: quia adhuc tunc Eucharistia habet vim conferendi gratiam ex opere operato]. — « Quod etiam aliqui, ut Gabriel¹¹⁾, Cajetanus¹²⁾ et alii, probabiliter dicunt futurum, si se disponat antequam species consumantur in stomacho. Diana¹³⁾ ex Nuñez. Vide card. de Lugo¹⁴⁾, ubi illud posterius negat. — Vide Bonacina¹⁵⁾.

228. — « 4^o. Non videtur reprehendens laicus qui desiderat esse sacerdos, ut possit communicare sub utraque specie, quod putet plus gratiae dari sub utraque quam sub una: quia id fieri non est improbabile¹⁶⁾, ut docent Vasquez, Maeratius, card. de Lugo¹⁷⁾ et alii». [Cum Alensi, Hurtado, Leandro, Palao et pluribus, apud Salmant.¹⁸⁾; contra Bellarmine, Suarez, Soto, etc. — Ambas probabiles Salmant.¹⁹⁾ merito vocant].

« Uti nec carpenda devotio illius qui multum materiae sumit ad consecrationem, ea mente ne tam cito in stomacho species consumantur, et sic diutius secum Christus maneat, et saepius gratiam augeat. Quod fieri non est improbable, si dispositio subjecti fiat me-

Coninck, qu. 79, n. 28 et 48. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 2, n. 6. — *Henriq.*, lib. 8, cap. 43, n. 3. — *Nuñez*, in 3 P., qu. 79, art. 1. — ⁹⁾ *Disp. 12*, n. 46, 62 et 64. — ¹⁰⁾ *Loc. cit.*, qu. 6. — *Vasq.*, disp. 215, cap. 2. — *Maerat.*, de *Euch.*, disp. 33, sect. 4. — ¹¹⁾ *Disp. 12*, a n. 68. — *Alensi.*, Sum., part. 4, qu. 11, membr. 2, art. 4, § 8. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 11, diff. 6. — *Leand.*, disp. 11, qu. 25. — *Palaus*, tr. 21, punct. 9, § 1, n. 12. — ¹²⁾ *Tr. 4*, cap. 6, n. 15. — *Bellarm.*, de *Euch.*, lib. 4, cap. 28. — *Suar.*, disp. 63, sect. 6, v. *Nihilominus*. — *Sotus*, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 12. — ¹³⁾ *Loc. cit.*, n. 15.

pus gratiam consequendi esse tempus sumptionis Eucharistiae, quod intelligendum esse ait « non iliam solam morulam qua deglutiatur, sed cum consequente temporis spatio quo Christi Corpus sacramentaliter in sumente perseverat ». — Gabriel Biel, quamvis a quodam auctore allegetur hic, lect. 85, *Explic. Canonis Missae*, ibi tamen nihil reperire potuit quod huc referri possit.

^{c)} Diana, part. 3, tr. 6, resol. 96, exponit dumtaxat sententiam Nuñez.

228. — ^{a)} Quin etiam Vasquez, Maeratius, Lugo, Leander et Palaus probabilius id existimat; et Hurtadus idem absolute tuerit.

« lior; ut docet Suarez, Coninck; item Fagundez^{b)} et Becanus^{b)}, apud Diana^{b)} ».

Idem sentiunt Gonet¹, Lugo²; [Contin.] Tournely³ cum Cajetano; Holzmann⁴ cum Reginaldo, Mastrio, Bosco et aliis. Item Suarez, Leander, etc. (contra Sotum et Vasquez), apud Salmant.⁵, qui merito id probabile putant. Ratio, quia, ut ait Florentinum, hoc sacramentum institutum est per modum cibi. Unde, sicut cibus toto tempore quo in stomacho manet corpus nutrit, ita pariter semper ac Eucharistia in corpore manet nutrit animam augendo gratiam. — Hic tamen notandum ex Dupasquier⁶ quod Innocentius XI, post decretum S. Congregationis, damnavit abusum tradendi communicantibus plures particulas simul vel solito grandiores.

« 5º. Species per vomitum rejectae, si tales sint ut sub illis panis vel vinum possit exsistere, vere sunt adoranda; et si iterum sumantur, iterum conferre gratiam, docet card. de Lugo⁷ ».

Quid de speciebus per vomitum rejectis.

Suar., disp. 63, sect. 7, v. Dico 3. - Coninck, qu. 79, n. 34. — ¹ Man., tr. 4, de Euch., cap. 9, v. Quaeres 2. — ² Disp. 12, n. 46 et seqq. — ³ De Euch., cap. 8, v. Quaeres. - Cajetan., in qu. 79, artic. 1, v. Secundus igitur effectus. — ⁴ De Euch., num. 296. - Regin., lib. 29, num. 140. - Mastrius, Theol. mor., disp. 18, qu. 4, n. 54. - Bosco, de Euch., disp. 4, sect. 7, num. 39. — Suar., disp. 63, sect. 7, v. Dico 3. - Leand., disp. 11, qu. 15. — Sotus, in 4, dist. 11,

229. — « 6º. Etsi, si modicum vini consecrati misceatur perfecte cum alio liquore, ita ut non maneret substantia vini, desinat ibi esse Christus; non tamen desinit, si misceatur cum vino alio, saltem ejusdem speciei. Card. de Lugo^{a)}. — Unde, si gutta consecrata lapsa sit in dolium vini ejusdem speciei, totum illud vinum adhibendum tantum est pro sacrificio; licet quidam dicant bibi posse a laicis ».

Dicunt tamen Suarez^{b)}, Dicastillus^{c)}, Arriaga et Bernal, apud Croix⁸, quod Christus desinit esse praesens, si guttula vini consecrati injiciatur in altero vino non consecrato potentiori; vel in altero liquore in quo species vini corrumpantur. — In dubio autem, dicit Croix⁹ tenendum species non esse corruptas.

« 7º. Si species consecratae liquorem specie diversum sibi permixtum convertant in vinum similis substantiae ei in quo facta est consecratio, species prior res manent consecratae: non item posteriores adjunctae ».

Quid, si vinum consecratum cum alio misceatur.

Quid, si misceatur cum alio liquore.

qu. 2, art. 1. - Vasq., disp. 203, cap. 2, num. 20. - ⁵ Tr. 4, cap. 6, num. 12 et 13. — Concil. Florent., decret. ad Armenos, v. Tertium; ap. Labbe, tom. 18, col. 549. — ⁶ De Euch., disp. 5, qu. 4, concl. 2, v. Inde sorte. - Innoc. XI, decret. de quotid. Commun., 12 Febr. 1679. — ⁷ Disp. 12, num. 58. — Arriaga, disp. 39, sect. 2, num. 8 et 11. - Bernal, disp. 38, n. 58 et seqq. - ⁸ Lib. 6, part. 1, n. 474. — ⁹ Loc. cit.

^{b)} Fagundez, de 3 Praec. Eccl., lib. 4, cap. 4, n. 10; Becanus, de Sacram., cap. 22, qu. 6, n. 3, negant posse fieri ex opere operato; et Becanus concedit « forte ex opere operantis » fieri. Sed nec Diana, loc. cit., resol. 96, (quidquid asserat Busenbaum) citat Becanum; et videtur citare Fagundez pro sententia quam revera tenet: « Vide etiam adversus plures hostias vel majores sumentes Fagundez ».

229. — ^{a)} Lugo, disp. 10, a n. 41, id docet, etiam si mixtio fiat cum vino « sive specie, sive numero diverso, sive potentiori, sive debiliior ».

^{b)} Suarez, disp. 54, sect. 2, v. Dico 2º, —

ita sane tenet, modo alteratio tanta sit ut substantialiter corrumpatur vinum.

^{c)} Dicastillus, tr. 4, disp. 7, n. 131, scribit: « Quia probabilius est non desinere esse substantiam vini propter admixtionem vel alterationem praedictam distinctae complexionis individualis; probabilius etiam est ibi perseverare Sanguinem Christi ». Nihilominus, n. 135, scribit: « Posse ex permixtione diversarum specierum consecratarum diversorum vinorum fieri, ut in aliquibus vel in omnibus resultet de novo vinum, ac proinde desinat esse consecratae »; factis scilicet quibusdam suppositionibus, quas n. 132 et seqq., exposuit, sed non adeo certas judicavit.